


Liber V, Capitulum II

pater crūdēlis



Sāturnus



Gnaeus fābulam dē patre
crūdēlissimō narrāre incipit:
fābula est dē Sāturnō, deō
temporis. nunc Sāturnus
nōn est deus deōrum sed
fuit deus deōrum. cūr
Sāturnus nōn iam est deus
deōrum? haec est fābula.

Sāturnus



Sāturnus voluit esse **deus**
deōrum ad infīnitum.

ōrāculum igitur rogāvit,
“semper **deus deōrum** erō?”

ōrāculum rēspondit,
“**pater tuus** fuit **rex**. nunc **tū**
es **rex**. sī **tū** eris **pater**, nōn
iam eris **rex**.”



Ops, uxor *Sāturnī*, voluit
esse *māter*. sed, cum *Sāturnus*
domum revēnit, dēclārāvit,
“Ops, mea uxor, nōlō esse
pater.”

Ops rēspondit, “*Sāturne*, mī
vir, tū eris pater. ecce! venter
meus est plēnus. brevī
tempore erit *filius* vel *fīlia* tibi.”

Ops



Sāturnus

Ops **fīliam** prōdūxit. **laeta**
Ops dēclārāvit, “ecce, **mī vir**,
fīlia tua. **nōmen** eī est
Vesta.”

Ops



Sāturnus

Sāturnus clāmāvit, “nōlō
esse pater! volō esse rex!”
celeriter fīliam ē manibus
Opis rapuit. fīliam dēvorāvit.
fīlia nōn mortua erat quod
dea erat. sed ē stomachō
Saturnī effugere nōn poterat.

Ops



Sāturnus

Fēlīcia clāmat, “quam
horribile! Sāturnus est
pater crūdēlissimus!”

“expectā, Fēlīcia. tōtam
fābulam nōn narrāvī.”

Gnaeus pergit: Ops
fīliam secundam prōdūxit.



Ops iterum dēclārāvit,
“ecce, **mī vir**, **fīlia secunda**.
nōmen eī est **Cerēs**. **eam**
amō. **māter** esse volō.”

Sāturnus clāmāvit, “volō esse **rex**, nōn
pater!” **Cerem** ē manibus **Opis** rapuit. **Cerem**
dēvorāvit. **Cerēs** nōn **mortua** erat quod **dea**
erat. sed **ē stomachō Saturnī** ēffugere nōn
poterat.

Ops



Sāturnus

deinde **Ops** **fīliam** **tertiam**,
nōmine **Iūnōnem**, prōdūxit.
Sāturnus **fīliam** vīdit et
clāmāvit, “nōlō esse **pater**!
volō esse **rex**!”

Ops



Sāturnus

Sāturnus Iūnōnem celeriter
rapuit. eam dēvorāvit. Iūnō
quoque nōn mortua erat quod
dea erat. sed ē stomachō
Saturnī ēffugere nōn poterat.

Ops



Sāturnus

deinde **Ops** **fīlium**
prōdūxit. **Ops** dēclārāvit,
“ecce, **mī vir**, **fīlius tuus**.
nōmen eī est **Plūtō**. vīsne
fīlium *habēre*?”

Ops



Sāturnus

Sāturnus clāmāvit, “nōlō
fīlium *habēre*! volō esse
rex!” et celeriter **fīlium**
rapuit et dēvorāvit.

fīlius nōn **mortuus** erat
quod **deus** erat. sed **ē**
stomachō Saturnī ēffugere
nōn poterat.

Ops



Sāturnus

deinde **Ops** **fīlium**
secundum, **nōmine**
Neptūnum, prōdūxit. **Ops**
nōluit **Sāturnum** *vidēre*
infantem. *sub lectō*
infantem posuit, sed
Neptūnus lacrimāvit.


Ops



Sāturnus

Sāturnus **infantem** audīvit
et **eum** *sub lectō* invēnit.
celeriter **fīlium** rapuit et
dēvorāvit.

Neptunus quoque nōn
mortuus erat quod **deus** erat.
sed *ē stomachō Saturnī*
ēffugere nōn poterat.



antrum

lapis



deinde **Ops Iovem**, **fīlium tertium** et **ultimum**, prōdūxit.

Ops nōluit **Sāturnum** *invenīre* infantem. *in antrō in Graeciā* infantem posuit. **māter Opis** infantem curāvit.


Ops lapidem pallā suā involvit. *ad Sāturnum* revēnit et dīxit, “**mī vir**, ecce. **fīlium tertium** prōdūxī.”



celeriter **Sāturnus**
lapidem rapuit et
lapidem *cum* **pallā**
dēvorāvit.

lapis






antrum

Iuppiter, Iovis

post multōs annōs

Ops ad antrum revēnit.

dēclārāvit, “**Iuppiter**, **mī fili**, **pater tuus** est **vir crūdēlissimus**. **tuās sorōrēs frātrēs**que dēvorāvit quod vult esse **rex**, nōn **pater**. **ego** volō **tē**, nōn **eum**, esse **rēgem deōrum**.”



Iuppiter tunicam induit
et domum cum matre
revēnit.

“Sātur^{ne},” inquit Ops,
“hic vir rusticus vīnum
optimum facit. vult tē
habēre vīnum optimum.”

Sāturnus vīnum rapuit et
bibit.

vīnum



subitō, “nōn bene **mē**
habeō,” **Sāturnus** dīxit et
vomuit.



vomuit **Neptūnum**.

vomuit **Plūtōnem**.

vomuit **Iūnōnem**.

vomuit **Cererem**.

vomuit **Vestam**.



Terra Māter

omnēs liberī Sāturnī, id est
Iuppiter et Iūnō et Vesta
et aliī, patrem suum rapuērunt.
māter Opis et Sāturnī, id est
Māter Terra, ōs suum aperuit. liberī Sāturnum
in ōs Matrīs Terrae iēcērunt. celeriter Māter
Terra ōs clausit et Sāturnum dēvorāvit.
nunc Iuppiter est rex deōrum.



To Be: Perfect, Present and Future

Note the differences in the forms of the verb to be in the perfect (past), present and future tenses




Click
here to
return to
the story

I	fuī	sum	erō
you	fuistī	es	eris
he/she/it	fuit	est	erit
we	fuimus	sumus	erimus
you all	fuistis	estis	eritis
they	fuērunt	sunt	erunt

**Latin
Motto**

ad infīnitum
to infinity

**[Click here to
return to the
story](#)**



This phrase is still used today when someone wants to suggest that something will go on forever or will repeat without end.

Latin Motto

id est
that is

id est is most often abbreviated **i.e.** It is used to clarify a point by naming what is specifically meant. In the example in this story who the children of Saturn are is being clarified.

[Click here to
return to the
story](#)

Latin Motto

et aliī and others


et aliī is most often abbreviated **et al.** It is used to note that there are others without having to name them all. There is a similar motto used for things rather than people, **et alia**, and other things.

[Click here to
return to the
story](#)

Quid est *ōrāculum*?

Going to the *ōrāculum*, or oracle, was like the ancient version of going to a fortune teller. A person with a question, usually about what would happen in the future, could go to one of several famous oracles where a god would speak through a priestess to provide a response. The response was not always clear. In ancient stories an individual who goes to an oracle often gets a response they do not like or that they misinterpret, and the results make for an interesting, though often tragic, story. One of the most famous oracles was located at Delphi in Greece.

[Click here to return to the story](#)



By Eugène Delacroix - Lycurgus Consulting the Pythia

Image Sources

[infinity symbol](#) - Wikimedia Commons

[Pythia](#) - By Eugène Delacroix - CwGK1__DtsYMAA at Google Cultural Institute, Public Domain, <https://commons.wikimedia.org/w/index.php?curid=29190439>

[Ops & Saturn](#) - Wikimedia Commons

[antrum](#) - Wikimedia Commons

[lapis](#) - picryl

[Juno](#) - Wikimedia Commons

[vīnum](#) - pixabay

[Pluto](#), [Hestia](#) & [Ceres](#) - Wikimedia Commons

[Terra Mater](#) - pixabay

If you notice any errors or have feedback for the author, please fill out [this form](#). Grātiās Maximās!